



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob
Romani cleri multitudinem ...**

La Roche-posay, Henri-Louis Chasteigner de

Tolosae, 1614

A Sixto V. Creati.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

A SIXTO V. CREATI.

GEORGIVS DRASCOVITIVS Hungarus, ex Episcopo Quinquecelesiensi Cardinalis, scripsit Orationem in Concilio Tridétino habitam, cum ibidem Ferdinandi Imperatoris nomine Legatione fungeretur.

Et alia non pauca. Obiit Viennæ an. 1585. Iacetque Iauarini in Cathedrali.

HIERONIMVS DE RVVERE Taurinensis Cardinalis, scripsit

Orationes latinas plures, & Gallicas aliquot in Hærici 2. & Francisci 2. Gallia Regum exequiis habitas.

Multaque opuscula versu Hexametro & Lirico edidit. Romæ iacet in Ecclesia S. Petri ad vincula cum hoc Epitaphio.

D.O.M. Hieronimo de Ruuere tt. S. Petri ad vincula Presbytero Cardinali, Taurinensi Archiepiscopo, qui à pueritia admirabilis ingenii, linguarum scientiâ, eloquentiæ mox prudentiæ ac doctrinæ insigne dedit documentum virtutisque & nominis sui celebritate ita semper apud magnos Princeps & nationes claruit, ut nullo vnquam honoris gradu non dignissimus haberetur. Lælius & Iulius fratres Patrio optimo posuere. Vixit annos 61. menses 11. dies 26. Obiit 7. Kal. Febr. dum Comitibus Pontificiis in Conclauo interesset 1592

CONSTANTIUS BVCCAFOCVS à patrio loco Sarnanus nuncupatus. Ord. Minorum Cardinalis, Scoti religiosus affectator, Patauij concurrente Zabarella, Philosophiam, Romæ verò & Perusij Theologiam pu-

blicè docuit, scripsitque

Summam Theologicam.

De secundis intentionibus.

Additiones quasdam ad commentaria Ioannis

Antonii Delphini in Euangelium Ioannis.

Conciliationem Aureoli & Capreoli.

Conciliationem S. Thomæ & Scoti.

In vniuersalia Scoti.

Adnotamenta seu Illustrationes marginales super
formalitates Antonii Sirecti.

Amplificationem Lecturæ Ioannis Vvalonis in
formalitates Scoti.

De Syllogismis conficiendis tractatum.

Directorium Theologicum. Ad hæc

Scoti & Francisci Mayronis opera variis notis in-
tertextis eruderavit & à mendis vindicauit, nec
non.

Tartareti, & Antonii Andreae opera in 4. senten-
tiarum lib. additionibus illustravit. Obiit

Romæ anno 1595. Iacetque Sarnani in Ecclesia
S. Francisci quam splendidè edificauerat.

ASCANIVS COLVMNA Romanus Cardinalis,
scripsit

Orationes plures.

Epistolas ad diuersos.

Oden de fructu Sublacensis solitudinis.

Et opusculum ad Rempubicam Venetam. Obiit

Romæ Paulo Papa V. sedente.

GVILLELMVS ALANVS Cardinalis Anglus, cuius
vita à Nicolao Fizerberto edita est, scripsit

De Sacramentis Ecclesiæ in genere.

De Sacramento Eucharistiæ.

De authoritate Sacerdotum per Sacramentum penitentia.

De sacrificio Missæ.

De Purgatorio & oratione pro defunctis.

De Indulgentiis.

De Prædestinatione.

De imaginibus.

De intentione Papæ in erigendis seminariis contra librum ab hereticis in lucem emissum sub nomine Iustitiæ Britannicæ.

Bibliaque è latino in Anglicum Idioma transtulit. Romæ iacet in Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis nationis Anglicanæ cum hoc Epitaphio.

Deo Trino & Vni. Guillelmo Alano Lancastriensi S.R. E. Presbytero Cardinali Angliæ, qui extorris à Patria perfunctus laboribus diuturnis in orthodoxa religione tuenda, sudoribus multis in seminariis ad salutem Patriæ instituendis, fouendis, periculis plurimis, ob Ecclesiam Romanam opera scriptis, omni corporis & animi contentione defensam; Hic in eius gremio sciëntiæ, pietatis, modestiæ, integritatis famâ, & exemplo clarus, ac pius omnibus charus occubuit 17. Kal. Nouembris anno ætatis 63. exilii 33. salutis humanæ 1594.

A CLEMENTE VIII. CREATI.

FRANCISCVS TOLETVS Cordubensis Cardinalis, Societatis IESV Theologus, quæ citra assentationem diuinâ prospicientia ad huius seculi propullandas hæreses commodum, exorra videtur. scripsit ex culto eloquio